



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

46. An aliquando confessarius possit obligare pœnitentem ad declarandum complicem? Et advertitur posse contingere, ut licet pœnitens dicat se velle per seipsum immediatè, vel per alium dare notitiam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

charta scripta sit ad virum doctum ad petendum consilium pro confessione, afflumitur ibi vir doctus tanquam persona necessaria ad perfectionem Sacramenti, non necessaria secreto; si vero tantum scripta sit in subdilium memorie, iam potest dici confessio inchoatua, vt patet, & quia latenter ratio nes, & Doctores faciunt hanc rem dubiam; in dubio autem inclinandum est in fauorem sigilli & Sacramenti. Iam vero si peccata, quae inueniuntur scripta jam confessa, cùm ianuam affecta maneat signum confessionis, firmius dicere possumus, cadere illa sub eodem sigillo, & transire semper cum suo onere sigilli: sicut enim illa, quae mihi revelauit alius, qui ea à Confessore audiuit tenet seruire sub sigillo, sic etiam tenebatur seruare hec peccata scripta, que iam fuerunt confessa sub eodem sigillo, cum par sit utroque ratio: nam propterea illa peccata, que audio ab alio, tenet seruare sub sigillo, quia scio fuisse confessa, & quia ubi primùm confessione subiecta fuerunt, ita affecta obligatione ac onere sigilli manerunt, vt semper tranleant cum suo onere, & illud exiret numerum possint, nisi de confessu contentum, de eorum enim confessu possint non solum Sacerdotes, sed etiam quicunque alii loqui de huiusmodi rebus confessi, ut sepe diximus. Ergo etiam propterea illa peccata, quae fuerunt confessa, & scripta inveniuntur, affecta erunt prædicti onere, & obligatione sigilli, quia iam confessa sunt, & semel sub sigillo cesserunt, nam parum refert, quod ego nesciam illa iam fuisse confessa, id enim per accidentem est, & tunc incipient sub sigillo obligare, cum id sciuerim.

RESOL. XLIV.

An que peccata non sunt, & alios concernunt, teneatur Confessarius celare sub sigillo? Ex part. 5. tr. 1. 1. Ref. 38.

§. 1. Si confitens occasione suorum peccatorum, supponit tanquam circumstantias, aut obiecta, aut quia sua ruditate cum non pertineat, putat ea pertinere ad explicationem suorum peccatorum aliqua talia secreta narrat, existimant Doctores talia etiam comprehendendi sigillo; si vero concomitant solum in confessione narrarentur, teneatur Confessarius solum secreto naturali, nisi forte propter scandalum, quando putarentur ad confessionem pertinere, etiam aliquid admisceatur obligationis ipsius sigilli; & ita docet Maldeus tract. de sigillo, c. 18. Probantr supra dicta, & cum responsio continet tres partes, Prima probo, quia circumstantias comprehendendi sigillo, est communis sententia, quod extendendum est ad alia quacumque quae à penitente dicuntur ad declarandum peccatum suum, sic enim demum secundum etiam simplices peccata sua narrant. Secunda pars probatur, quia illa non pertinent ad confessionem, cum sine illis omnino confitatis integra, & hoc ipsum feciat penitens, qui etiam iis non vtitur ad explicandum sua peccata: at forte ex levitate ibi narrat, quo casu à Confessario reprehendi debetur, aut consilium aliquod circa illa peti, aut solamen, si ipsum affligant. Sufficit ergo seruare illa secreta naturali obligationi. Tertia pars, quae calum scandali excipit, est certissima, quia vt diximus *supra*, hoc cederet in grauamen, & odium confessionis si reuelarentur. Vnde in casu scandali ne quidem proposito edicto de excommunicatione non reuelantis, videtur talia debere reuelare, quamvis tunc putet, debere reuelare, sed tu tene nos stram sententiam.

Tom. I.

RESOL. XLV.

An se penitens explicet aliqua in confessione concomitante, teneatur Confessarius celare sub sigillo? Ex part. 5. tr. 1. 1. Ref. 5.

§. 1. Negatius respondet Mercerus in 3. part. Sup. hoc leg. q. 11. art. 2. & ideo ea, quae non pertinent ad doctrinam peccata declaranda, sed in confessione concomitante & aliquid dicuntur propriè non contineri sub sigillo, docet supra in Ref. Suarez in 3. part. dist. 33 sect. 3. & alij. Si nullo modo tamen inferuant accumulatione peccatorum.

2. Sed ego adderem cum Tannero tom. 4. disput. 6. quæst. 9. dab. 6. num. 1; 6. Si nec inferuere exiftimarentur ab ipso penitente, ita vt nec in ordine ad peccata explicanda sint in confessione patefacta; nam si hoc modo explicarentur à penitente, puto sub sigillo ad illa non manifestanda Confessarium teneris;

& ita etiam docet Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 3. cap. 4. n. 39. vbi sic ait: Cadere sub sigillum non modo cùm ad peccatum declarandum necessarium fuerit tale quid in confessione exprimi, sed etiam cùm fuerit vtile, in modo quoties in eum finem penitens (etiam si in eo forte agat minus prudenter) aliquid dixerit, quod est in confessione tolerandum habita ratione communis modi confitendi hominum, multa sepe dicentium animo declarandi sua peccata, quae nihil sunt ad id necessaria, in modo interdum neque utilia; cùm ergo simplices & imprudentes avertendi non sint à confessione, sicut nec alii, tacenda sunt quæcumque ab eis dicuntur ad explicationem sordidum peccatorum, vt possint securi, & sine timore revelationis confiteri. Sic ille. vide etiam Fabrum de panit. in 4. sent. dist. 19. quæst. uniuers. disputat. 34. cap. 2. num. 31.

RESOL. XLVI.

An aliquando Confessarius possit obligare penitentem ad declarandum complicem?

Et aduertitur posse contingere, ut licet penitens dicat se velle per se ipsum immediate, vel per alium dare notitiam complicis ad impedienda mala iuxta suam obligationem; adhuc Confessarius possit illi differre absolutionem. Ex part. 6. tractat. 7. & Miscell. 2. Ref. 2.

§. 1. Respondeo, quod non repugnat dari casum, sup. hoc leg. doctrinam R. sol. trium R. sol. sequentium. & in 10. tr. 4. Ref. 2. in fine, & e de fcas videre f praedictam Ref. 2. signatur ab eius lin. 7. & veri. certum est.

Ris. quo possit Confessarius penitentem obligare ad manifestandum sibi complicis non men: non quidem quasi Confessarius eam obligationem imponat, sed quia reuera penitens eam habebat: & Confessarius, qui ex eius confessione hoc agnoscit, admonet illum de sua obligatione, cui si non vult, satisfacere, iam merito ei absolutionem negat, quem non inuenit ad absolutionem dispositum. Porro posse illum calum contingere, constat aperte, quia potest Confessarius videre ex occulatione complicis gravissima damna imminentia, ad qua impedienda penitentis omnino tenetur: rursus videt, penitentem se ipso immediate id non posse exequi, nec habere alium, per quem id possit præter ipsum Confessarium: quo calum certum est teneri penitentem ad illud medium vnicum eligendum: quod si eligere nolit, iam non est aptus ad absolutionem recipiendam. Et haec omnia docet Lugo de Sacrament. penitent. disputat. 16. sect. 8. n. 43. 2. qui recte obseruat num. 434. posse con-

P p tingere,

tingere, ut licet pœnitens dicat se velle per se ipsum immediatè, vel per alium dare notitiam complices ad impedienda mala iuxta suam obligationem, adhuc Confessarius possit differre illi absolutionem, donec de facto sua obligationi satisfecerit. Nam si-
cū debitor qui sapè proposuit restituere, & non restituit, prudenter differtur postea absolutio, donec prius cum effectu restitutus, quia prudenter timemus, quod post Confessionem non restitutus: sic in nostro casu, quando Confessarius prudenter timeret, pœnitentem non satisfactum postea sua obligationi, prudenter faceret differendo absolutionem, donec prius rem exequatur: immo addunt aliqui, quod debet cogere pœnitentem, ut affir-
mibi testimonium denunciationis, vel manifestatio-
nis factæ: ita Bartholomæus Medina 2. *summæ capi-*
t. quartæ, §. 1. hoc tamen videtur nimium: nam in illo foro debemus, & possumus credere pœnitentem circa præterita tam pro se quam contra fe, & quidem debitorem & furem abque alio testimonio absoluimus, quando dicit se iam restituisse. Et hanc doctrinam antequam typis excuderet Pater Lugo, ego mordicus temui, & consului in Sicilia tempore quo pessima illa mulier vocata Tophania pre-
bebat aquam suam venenosam, ex qua tot neces in Regno miserabiliter sublequuntur sunt, ex ignoran-
tia aliorum Confessoriorum, qui pœnitentes ab-
soluebant.

RESOL. XLVII.

*An licet Confessario interrogare de complice in confes-
sione in ordine ad ipsius correctionem, & illam face-
re de licentia pœnitentis?*
Et an hoc sit absolute contra sigillum confessionis?
Et notatur, quod ex hypothesi, quod affirmativa opinio
sit probabilis, non tamen ex hoc debet Confessarius
interrogare de cōplice in hunc finem correctionis, sed
expectare, ut pœnitens id sua sponte declarat, &c.
Ex part. 3. tr. 4. Ref. 112. alias 113.

Sup. hoc in §. 1. **A**ffirmatiū cum aliquibus limitationibus
datus Ref. seqq. & in 10.7. Ref. præteri-
ta. & in 10.7. Ref. 25. videtur respondendum ex Fagundez pre-
cept. 2. lib. 5. cap. 2. num. 2. Suarez in 3. part. tom. 4. di-
spusat. 34. scilicet 4. num. 4. & aliis, penes ipsos; quia talis
actio non est de se mala, ordinatur enim ad bonum finem, neque est contra sigillum, quia Confessarius
in tali cau loquitur de auditis in confessione ex
licentia pœnitentis.

2. Sed tu contrarium tene cum Villalobos in sum-
ma, tom. 1. tractat. 9. difficult. 38. num. 5. Sylvio in ad-
dit. ad 3. part. D. Thome, quæst. 11. art. 2. concl. 2. Mal-
dero tract. de sigillo confess. cap. 17. Coriolano tract.
de cas. reserv. part. 1. scilicet 3. art. 9. Rodriguez in sum.
tom. 1. cap. 109. num. 9. in editione nonissima Ledesma
in summa. tom. 1. de Sacram. Pœnitent. cap. 22. concl. 6.
Bañez in 2. 2. quæst. 3. art. 8. dub. 8. part. 1. concl. 4. Soto
in 4. sent. disq. 18. quæst. 2. art. 5. ad 4. & nouissime hanc
sententiam docent Petrus Fay in addit. ad 3. part. 9. 11.
art. 1. disput. unica. Petrus Lorca in 2. 2. D. Thome,
quæst. 33. articul. 6. scilicet 3. disput. 45. num. 20. & Nu-
gnus in addit. ad 3. part. quæst. 11. artic. 2. dub. 2. vbi
oppositum vocat temerarium, & pernicioseum, tan-
quam ipsius Sacramenta destrucentium; & respon-
det ad omnia argumenta, que pro affirmativa sen-
tentia adducit Suarez. Et ratio est, quia talis cor-
rectio non potest effici sine iniuria Sacramenti, non
est enim negandum multum derogare sigillo con-
fessionis notitiam illius ad effectus adeò extrinsecos;
finis etenim intrinsecus Sacramenti Pœnitentie
est, tantum iustificatio pœnitentis, non au-

tem emendatio complices. Cæteras rationes invenies
apud Nugnum. Et hæc opinio est communis in scholæ D. Thome.

3. Notandum est etiam, quod stando in prima
opinione, & ex hypothesi concedendo esse pro-
bablem, non tamen ex hoc debet Confessarius in-
terrogare de persona complices in hunc finem corre-
ctionis, sed expectare, ut pœnitens id sua sponte de-
clare. Neque le inuitet ad faciendam correctionem,
etiam si intelligat esse necessarium, sed expectet pe-
nitentem pœnitentis, hic enim fortè per ipsum,
vel per alium curabit corrigere. Et ita docet Filii-
cius tom. 1. tractat. 7. capite undecimo, num. 349. Ve-
de appetit multum errare aliquos Confessarios ex
zelo indiscreto, & ex ignorantia extorquentes com-
plices à pœnitentibus propter correctionem, unde
dum conscientiis aliorum mederi volunt, suam
conscientiarum iacuturam faciunt, aiunt Henrique
libro secundo, de pœnitent. capite nono, numero de-
cimo, & Fagundez precep. secundo, libro quinto, capite primo, num. 12. & alij.

RESOL. XLVIII.

*An Confessarius propter correctionem fraternandi
beat, aut possit extorquere complices?*
Et an illa peccata alterius tam complices, quoniam
non complices in confessione narrata, ita clausantur
sigillo, ut sine complices, aut alterius illius
peccatoris licentia, effo habeat consensum à pe-
nitente, Confessor ea reuelare non possit: Ex part.
tract. 11. Ref. 39.

§. 1. Porfus negatiū sententiam tenendam
esse puto, quam alibi satis docui, & nunc
iterum doceo cum Madero tractat. de sigillo, capi-
te decimo-septimo, vbi ex dupli capite exulta
improbandum esse si Confessor extorquet com-
plices, ut eum corripiat, aut corripi curat. Pri-
mo, quia fit iniuria Sacramento, quod natura su-
tale secretum postulat, quasi detectio esset facta
soli Deo, ad solius confitentis emendationem, sed
ut non debeat accusatio huius fori ad externum for-
um derivari, aut ad corriptionem alterius. Quare
si reuelatio complices non fit necessaria ad explican-
dum proprium peccatum, non potest Sacerdos al-
lum alium finem eam virgere, & principiū cum
nec licet pœnitenti eam facere, & vt faciat, si-
cut iam supradiximus, secretum Confessarius il-
lustrare debet. Certè neque proprium nomen, vt
alias monimus, tenetur pœnitentis dicere, multo
minus sui complices, si non aliud accedit. Si autem
est necessaria, potest pœnitent Confessario
complices secundum dicta superioris reuelare in cum
fine, vt se accuset; sed omitti debet omnis cor-
rectio, monitio, punitio complices ex hac reu-
latione, quia hæc non est necessaria ad explican-
dum & emendandum proprium peccatum. Secun-
do, quia fieret etiam iniuria complices, quia etiam
si meritò corripiendus sit, non est tamen necessarium
dus, nisi ordine à Christo prescripto, cui ordinu-
repugnat ipsum corripi ex sacramentali confessio-
ne, cum ipsius secretum haçtenus etiam in favo-
rem complices redundet, vt non possit ipse illo
modo prodi per illud, nisi quatenus necessarium
est ad explicationem peccati ipsius pœnitentis.
Quare etiam in cau quo pœnitent tenetur cor-
ripere Petrum de peccato suo, non est conve-
niens medium, vt Confessario suo reuelet pecca-
tum Petri in illum finem, vt ipsius opera fiat corre-
ctio, si enim alio modo corripiere, aut ad corripi-
re non venire potest, non tenetur corripiere, si potest,